



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXCVI. Albrecht, Markgraf zu Brandenburg, bestätigt die von Busso von
Barby an die St. Bartholomäi-Kirche zu Zerbst vorgenommene
Uebertragung des Patronates über die Pfarrkirche zu Bornecke, am 17. ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

CCXCV. Markgraf Albrecht von Brandenburg bestätigt dem Abte des Klosters Neu Doberlum oder Sameritzco einige Erwerbungen in der Mühle Vogelfang bei der Stadt Landsberg an der Warthe, am 21. Dezember 1299.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Ad memoriam presentium et certam noticiam futurorum. Nos Albertus, Dei gratia marchio Brandenburgensis, recognoscimus publice per presentes, quod reuerendus pater dominus Conradus, abbas ecclesie sancte Marie virginis in noua Doberlum, que vulgariter Sameritzco appellatur, cum nostra voluntate et consensu molendinum apud nouam Landesberg ciuitatem nostram, Vogelfang dictum, cum nouem modiis et dimidio filiginis, a Johanne de Ravenstein dicto, et duos choros filiginis a Zabello de Falkenberge, et vnum choros filiginis a Wihelmo, fratre eius, in eodem molendino fitos, in redditibus annuatim, dicte ecclesie suis denariis comparauit. Nos quoque attendentes ipsius ordinis sanctitatem sperantesque in corpore et anima piis fratrum orationibus adiuuari, proprietatem molendini ac trium chororum cum nouem modiis ac dimidio eidem ecclesie donauimus propter Deum. Actum et datum in villa Malfin, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, die beati Thome apostoli, Presentibus magistro Johanne de Demyn et Johanne nostro notario, testibus quoque Wernero Splinter, Alberto de Brunnow et Betkone de Jagow, militibus nostris, Zabello et Henningo de Marwicz et Vromoldo de Wuttick uasallis nostris et quampluribus aliis fide dignis.

Nach einer Abschrift in Dreger's Cod. dipl. Pomer. T. IV. manufer. 945. Gerfen Cod. V., 170. mit den abweichenden Namen Doberou — Sumeritzkou — Albino de Brunou — Vromoldo de Wutfik.

CCXCVI. Albrecht, Markgraf von Brandenburg, bestätigt die von Buffo von Barby an die St. Bartholomäi-Kirche zu Zerbst vorgenommene Uebertragung des Patronates über die Pfarrkirche zu Bornecke, am 17. März 1300.

In nomine Domini Amen. Nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, recognoscimus publice per presentes, quod Vir Nobilis Buffo de Barbe, consanguineus noster dilectus, Jus Patronatus Ecclesie in Bornecken Ecclesie Sancti Bartholomei Apostoli in Cerwist, quam nouiter fundauerat, pure contulit propter Deum. Et quia idem Dominus Buffo eandem Villam Boneken a nobis in feodo habuit, nobis intense supplicauit, ut consensum nostrum ad hoc adhibere Dei intuitu dignaremur. Cuius precibus favorabiliter inclinati, quicquid Juris in dicto Jure Patronatus ejusdem Ecclesie in Bonecken habuimus, eidem Ecclesie sancti Bartholomei in Cerwist Collegiate similiter donauimus propter Deum. In cuius rei euidenciam presentes conscribi et Sigilli nostri appensione iussimus communiri. Testes hujus sunt Reuerendus Pater Dominus Johannes Abbas Ecclesie Lenynensis, frater Wilhelmus quondam Prior ordinis Predicatorum in Soldin, Dominus Bruno, Magister Johannes de Dymyn, Arnoldus de Utheringen (Uchtenhagen?), Johan-

nes Sparro, Reyneko de Wichow (Wulkow?), Heinricus de Oderberghe milites et quam plures alii fide digni, Actum et datum Everwalde, Anno domini Millefimo trecentesimo, die beate Gertrudis virginis.

Nach Beckmann, Anh. Hist. III, 203.

CCXCVII. Herzog Otto zu Lüneburg befreit das Kloster Marienthal von der Zollsichtigkeit, zum Ersatz des diesem in seinem, gemeinschaftlich mit den Markgrafen Otto und Hermann von Brandenburg wider die Herzoge von Braunschweig geführten Kriege, zugesügten Schadens, am 9. October 1300.

In nomine sancte individue trinitatis amen. Dei gracia Otto, dux de Luneborch, vniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris salutem in domino sempiternam. De rebus hominum gestis consulte conscribuntur littere, ut si obliuio interuenerit, recolligatur ipsa ueritas ex scriptura. Notum igitur esse volumus vniuersis, quod nos pro remedio anime nostre, nec non pro dampno, quod intulimus ecclesie vallis sancte Marie, ordinis cystercienfis, halberstadensis dyocesis, siue in noua curia prope claultrum, siue in molendino fullonum seu ipsorum villis, aut eciam vbiubi, tempore expeditionis, quam habuimus cum Reuerendis patribus dominis Magdeburgensi et Halberstadenfi Episcopis ac Illustribus principibus, dominis Ottone et Hermanno Marchionibus de Brandenburg, auunculis nostris, contra illustres principes patruales nostros, Henricum et Albertum, duces de brunelwik, damus eidem ecclesie theloneum in Tfellis pro ipsius rebus transuehendis liberum et absolutum perpetuis temporibus possidendum, Ita siquidem, ut nulli omnino hominum, qui nostri vicem ibidem gesserit, ad dandum huiusmodi theloneum, dicta ecclesia uel ipsius monachi uel conuerfi deinceps teneantur. Huius donacionis nostre testes sunt Milites nostri Boldewinus de knesbeke, Wernerus de Medingen, Rutgherus de Gustede, Wafmodus de knesbeke, Borchardus de krammis, Aschwinius de Saldere, Geuehardus de Schvlenborch, Johannes de Gerstebvile, Gherardus de Odeme et alii quam plures fide digni. Vt autem hoc factum nostrum perpetuis temporibus stabile perseveret, presens scriptum inde conscribi fecimus et sigilli nostri munimine fideliter communiri. Datum apud Lvttere. Anno domini M^o. CCC^o. In die Dyonisii martiris et sociorum eius.

Nach dem im Herzogl. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel aufbewahrten Original. — Einen Abdruck dieser Urkunde findet man auch in dem Cod. dipl. zu Roser's Braunsch. Lüneb. Staats-Rechte, 439.

CCXCVIII. Nicolaus, Herr von Rostock, verschreibt sich dem Könige Erich von Dänemark zum Beistande wider alle seine Widersacher mit 50 Mann, wogegen dieser jenem seinen Schutz verspricht, wenn die Markgrafen Otto oder Konrad von Brandenburg, oder deren Kinder sich diesem widersetzen oder ihn beschädigen sollten, am 21. Dezember 1300.

Anno MCCC. feria V. ante Natiuitatis Domini forseriff Nicolaus eller Claus. aff Rostock sig til Kong Erich at bliffue hos hannem, imod alle hans Modstandere; hand